

moni nisi idoneis eam committant. Ut clarē patet per d. c. i. de consang. & affinit. & in simili per Cle. dudum de sepul. Si enim gestit quis, quas conditiones debet habere quis ad hoc q̄ dicatur idoneus, cui hæc potestas viendi gratiis prædictis concedatur? Audiat Clementem Papam in. d. Cle. dudum de Se pul. Vbi monens prælatos Mendicantium eligere fratres ad Confessiones sæcularium audiendas, sic ait. Præfatorum fratum prælati studeant eligere personas sufficietes, i doneas, vita probatas, discretas, modestas, atq; peritas ad tale salubre ministerium & officium exequendum. Hoc textus. Cuperem hoc a candido lectori eo animi sui candore legi, quo à scribente est exaratum, quandoquidem sincerē, nulliq; detractans, dixi. 19

¶ Secundo aduertendum est circa illa verba omnimodam au&toritatē nostram, q̄ per illa non venit intelligendum totū, quod alijs Papa potest, quia iam Provincialis, aut Comissa rijs Generalis &c. Posset creare nouos Episcopatus, deponere Reges, & alia &c. Sed illa intelligit, quæ communiter Papa suis legatis commendat, & alia quæ non semper, sed aliquando, & perquam raro committit, quæ vi